

P R A E F A T I O .

Palatinum dicato, & à nobis edito, artis veritas vindicata, & olim ab infinitis ferè viris Philosophis idem factitatum) nihil mea responsione opus est: cùm præsertim meum non sit docere aut partes defendere: sed bonarum literarum & artium doctores in publicum ad communem vtilitatem edere, & inter se eos committere, vt veritas tanquam ex filicum collisione excutiatur. Interim tamen quod mihi, inertis scilicet, videtur, dicam. Ab illis ferè contradici, qui in ea arte (& si alioqui doctissimi) nunquam versati sunt: neminem verò magis temerariè aut agere aut iudicare, quàm ignari & imperiti iudicant. Inexperto enim videntur multa impossibilia, quæ tamè arte & naturâ facillimè fiunt, vt passim in omni ferè genere artium experientia docet. Contrà peritus & expertus naturæ sagacissime scrutator, & vt ita dicam, coadiutor, ingenio atq; sollicitudine, etiam quæ imperitis & ignaris impossibilia videntur, & supra captum vulgi, præstare atque efficere potest. Quod ad me attinet, etsi nunquam huiusmodi attigerim, neque is sim, qui de tam abstruso mysterio